Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

ITEM DE EODEM DIE DE QUINQUAGESIMA LEC. SCI EUANG. SECD LUCĀ;

In illo tempr. Adsumpsit ihs duodecim discipulos suos. & ait illis: ecce ascendimus hyerusolimā & consumabuntur omnia que scripta sunt p prophetas de filio hominis. & reliqua;

OMELIA BEATI GREGORII PAPE

Redemptor nr̄ praeuidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos. eis longe ante & eiusdem passionis poenā. & resurrectionis sue gloriā predicit. ut cum morientem sicut predictum est cernerent. & iam resurrecturum non dubitarent; Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo ualebant capere uerba mysterii. uenitur ad miraculū; Ante eorum oculos caecus lum̄ recepit. ut qui celestis mysterii uerba non caperent. eos ad fidem celestia facta solidarent; Sed miracula dn̄i & saluatoris nr̄i sic accipienda sunt fr̄s mei. ut & in ueritate credeant facta. & tamen p significationē nob. aliquid innuant; opera quippe eius. & p potentiā aliud ostendunt. & p mysterium aliud loquuntur. ecce enī quis iuxta hystoriā. cecus iste fuerit ignoramus. sed tamen quem p mysterium significet nouimus; caecū quippe est genus humanū. quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum. claritatem supne lucis ignorans. damnationis sue tenebras patitur. sed tamen p redemptoris sui presentiam inluminatur. ut internę lucis gaudia iam p desiderium uideat. atque in uia uitę boni operis gressus ponat; Notandū uero ē. q cū ihs hiericho adppinquare dr. cecus inluminatur; hiericho quippe intpr&atur luna. luna aū in sacro eloquio p defectu ponitur carnis. quia dum menstruis momentis decrescit. defectum nr̄e mortalitatis designat; dum igitur conditor nr̄ ad ppinquat hiericho. caecus ad lumen redit. quia dum diuinitas defectum nr̄e carnis suscepit. humanum genus lumen quod amiserat recepit; unde enim ds humana patitur. inde homo ad diuina subleuatur; qui uidelic& caecus recte & iuxta uiā sedere & mendicans esse describitur; ipsa enī ueritas dixit. ego sum uia. qui ergo a&ernę lucis claritatem nescit. cecus est; Sed si iam in redemptorem credidit. iuxta uiā sed&. si uero iam credidit. sed ut a&ernū lumen recipiat rogare dissimulat atque a precib; cessat. caecus equidem iuxta uiā sed&. sed minime mendicat; si uero & crededit & & orat. & iuxta uiā sed&. caecus & mendicat. quisquis ergo cecitatis

sue tenebras agnoscit quisquis hoc quod sibi deest lumen aeternitatis intellegit. clamet medullis cordis. clamet et vocibus mentis dicens: ihesu fili david miserere mei. Sed quid clamanti caeco subiungitur audiamus. Et qui praeibant increpabant eum ut taceret. Quid autem signant isti qui ihesum venientem praecedunt. nisi desideriorum carnalium turbas. tumultusque vitiorum. qui priusquam ihesus ad cor nostrum veniat. temptationibus suis cogitationem nostram dissipant. et voces cordis in oratione perturbant. Saepe namque dum converti ad dominum post perpetrata vitia volumus. dum contra haec eadem quae perpetravimus exorare conamur. occurrunt cordi fantasmata peccatorum quae fecimus. mentis nostrae aciem reverberant. confundunt animum et vocem nostrae deprecationis premunt. Qui praeibant ergo increpabant eum ut taceret. quia priusquam ihesus ad cor veniat mala quae fecimus. cogitationi nostrae suis imaginibus inlisa. in ipsa nos nostra oratione conturbant. Sed quid caecus iste inluminandus fecit audiamus. Sequitur. Ipse vero magis clamabat. fili david miserere mei. Ecce quem turba increpat ut taceat. magis ac magis clamat. quia quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur. tanto orationi insistere ardentius debemus. Contradicit turba ne clamemus. quia peccatorum nostrorum fantasmata plerumque et in oratione patimur. Sed nimirum necesse est ut vox cordis nostri quo durius repellitur. valentius insistat. quatenus cogitationis inlicitae tumultum superet. atque ad pias aures domini nimietate sua importunitatis corrumpat. Ut suspicor recognoscit unusquisque quod dicimus. quia dum ab hoc mundo animum ad deum mutamus. dum ad orationis opus convertimur. ipsa quae prius delectabiliter gessimus. importuna postea in oratione nostra toleramus. Vix eorum cogitatio manu sancti desiderii ab oculis cordis abigitur. vix eorum fantasmata per paenitentiae lamenta superantur. Sed cum in oratione nostra vehementer insistimus. transeuntem ihesum figimus. Unde illic subditur. Stans autem ihesus iussit eum adduci. Ecce stat qui ante transiebat. quia cum adhuc turbas fantasmatum in oratione patimur. ihesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi vehementer insistimus. stat ihesus ut lucem restituat. quia deus in corde figitur. et lux amissa reparatur. Quamquam in re et aliud aliquid nobis dominus innuit. quod intellegi de humanitate ac divinitate illius utiliter possit. Clamantem etenim caecum transiens audivit. sed stans miracula inluminationis exhibuit. Transire namque humanitatis. stare divinitatis. Per humanitatem quippe habuit nasci. crescere. mori. resurgere. de loco ad locum venire. Quia ergo in divinitate mutabilitas non est

atque hoc ipsum mutare transire est. Perfecto iste transitus ex carne est non ex diuinitate. Per diuinitatem uero eius semper stare est, quia ubique praesens nec per motum uenit nec per motum recedit. Caecus igitur clamans te dominum transiens audiuit stans inluminauit. quia per humanitatem suam uocibus nostrae caecitatis conpatiendo misertus est. sed lumen nobis gratiae per diuinitatis potentiam infudit. Et notandum quid caeco uenienti dicat: quid tibi uis faciam? numquid qui lumen reddere poterat quid uellet caecus ignorabat? sed peti uult hoc quod et nos petere et se concedere praenoscit. Inportune namque ad orationem nos ammonet. et tamen dicit scit enim quae pater uester quid opus sit uobis antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit ut petatur. ad hoc requirit ut cor ad orationem excitet. unde et caecus protinus adiungit: domine ut uideam. Ecce caecus a domino non aurum sed lucem quaerit. paruipendet extra lucem aliquid quaerere. quia etsi habere caecus quodlibet potest sine luce non potest uidere quod habet. Imitemur ergo fratres karissimi eum quem et corpore audiuimus et mente saluatum. non falsas diuitias. nec terrena dona non fugitiuos honores a domino sed lucem quaeramus. nec lucem quae loco clauditur quae tempore finitur quae noctium interruptione uariatur.

quae a nobis communiter cum pecoribus cernitur. Sed lucem quaeramus quam uidere cum solis angelis possimus. quam nec initium inchoat nec finis angustat. Ad quam profecto lucem uia fides est. Unde recte et inluminato caeco protinus respondetur: respice fides tua te saluum fecit. Sed ad haec cogitatio carnalis dicit: quomodo possum lucem spiritalem quaerere quam uidere non possum? Unde mihi certum est si sit quae corporeis oculis non fulget? Cui scilicet cogitationi est quod breuiter quisque respondeat: quia et haec ipsa quae sentit non per corpus sed per animam cogitat. Et nemo suam animam uidet. nec tamen se dubitat animam habere quam non uidet. Ex inuisibili anima uisibile regitur corpus. si auferatur quod est inuisibile protinus corruit hoc quod uisibile stare uidebatur. Ex inuisibili ergo substantia in hac uita uisibili uiuitur. et esse uita inuisibilis dubitatur? Sed iam petenti caeco quid factum est uel quid ipse fecerit audiamus. Sequitur: confestim uidit et sequebatur eum. Videt et sequitur qui bonum quod intellegit operatur. Videt autem et non sequitur qui bonum quidem intellegit sed bene operari contemnit. Si ergo fratres karissimi caecitatem nostrae peregrinationis agnoscimus si credendo in redemptoris nostri mysterium iuxta

uiam sedemus. si & orendo cotidie ab auc
tore nro lucem petimus. si eandem lucē
iam p intellectum uidendo inluminati
post cecitatem sumus. ihm quem iā cer
nimus. opere sequamur; aspiciamus
qua gradit. & eius uestigia imitando te
neamus; ihm enim sequitur qui imitat.
hinc namque dicit. sequere me. & dimitte
mortuos sepelire mortuos suos; sequere
enim dicitur imitare, hinc rursum a
monet dicens. qui mihi ministrat me se
quatur; consideremus ergo qua gradit
ut sequi mereamur. ecce cū sit dns &
creator angelorum. suscepturus natu
ram nrām quā condidit. in uterū uir
ginis uenit. nasci tamen in hoc mundo
p diuites noluit. parentes pauperes
elegit. unde & agnus qui pro illo offer
retur defuit. columbarum pullos &
par turturum ad sacrificiū mat in
uenit; prosperari in mundo noluit.
obprbia irrisiones que tolerauit; spu
ta. flagella alapas. spineam corona crucē sus
tinuit; & quia rerū corporaliū delectatio
ne a gaudio interno cecidimus. cū qua
amaritudine illuc redeatur ostendit;
quid itaque homo p se pati debet. si
tanta ds p hominibus ptulit; qui ergo
in xpo dō iam credidit sed adhuc auaritie
lucra sectatur. in supbia honoris extol
lit. inuidie facibus inardescit. libidinis

se inmunditia polluit. psperari ea
que in mundo sunt concupiscit ihm in
quo credidit sequi contempnit; diuerso
quippe itinere ambulat. si gaudia delecta
tionis que appetit. cui dux suus uiā
amaritudinis ostendit; Reuocemus
ergo ante oculos peccata que fecimus.
consideremus quam terribilis iudex
hec puniturus adueniat. mentē for
memus ad lamenta. ut anra ad tēpus
amarescat in paenitentia ne aeternā
amaritudinē sentiat in iudicio; p
fletus quippe ad gaudia ducimur.
ueritate pollicente quae ait; beati
qui lugent nunc qm ipsi consolabunt. Ad
fletum uero p gaudia puenit. hac ea
dem ueritate adtestante que ait; uae
uobis qui ridetis nunc quia lugebitis
& flebitis. si ergo retributionis gau
dium in pceptione querimus. pae
nitentiae amaritudinē in uita tene
amus; sicque fit ut non solū nra in
dm uita pficiat. sed hec ipsa nra con
uersatio ad laudem di & alios ac
cendat; unde illic subditur. & omnis
plebs ut uidit. dedit laudem dō;

ITEM IN QUADRAGESIMA

SERMO BEATI LEONIS PAPE

Licet nob dilectissimi adppinquante festiuitate
paschali. ieiuniū quadragesime ipse
legitimi temporis cursus indicat. co
hortatio tamen & iā nri sermonis ad